


Winniger

1752





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-415526-p0002-4

DFG

15645.

VERA M
IVRIS GENTIVM NOTIONEM
ERVIT
ET
V I R O
CONSULTISSIMO AMPLISSIMO
CHRISTIANO HENRICO
B R E V N I N G

D E
SVMMIS IN VTROQVE IVRE
HONORIBVS

Hct 405 IMPETRATIS

GRATVLATVR

IOANNES IACOBVS WINZIGER

ZITTAVIA LVSATVS

IVR. CVLTOR.

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMIANA.



V A P A M
IARIS GENITIVI MOTIONE
L R A V I T
T E .
V I R O
CONVENTISSIMO AMPLISSIMO
CHRISTIANO HENRICO
BRAUNING
DE
SALMIS HENRICUS IARIS
HOC EST
IMPERIALE KOMPTEN
JOANNES IVOCUS MINGEER
TATIENSIS
LIBERTATIS
LIBERTATIS
LIBERTATIS



V I R
CONSVLTISSIME AMPLISSIME
PATRONE SVMME COLENDE

Haud sane quicquam est, quod meis magis respondeat votis, quam quod ea tandem sepe videatur offerre occasio, qua pro *TVA* eaque summa in me benevolentia, quicquid gratissima mens suadet et declarare possim atque testari. Maiora quidem sunt *VIR CONSVLTISSIME*, quae *TIBI* et quo *TVAE* commendatus curae, debo, quam quae animo concipere, nedum recensere omnia valeam. Nam cum *TVA* industria ac diligenter, quam animo Iuris *Vtriusque Scientia* imbuendo adbibuisti, sane egregiam, tum consiliis, quae studiis meis profunt, prudenter prosequendis effecisti, ut non possim non, quin *TE* et *Praeceptorem* et *Patronum* meum venerer colamque deuinctissimus. Arrepturus igitur hancce, quam dies hodiernus mibi praebet occasionem, ostendam, quantum in me sit, haud amoris *TVI* per insignis immemor. Sunto hae pagellae animi mei testes! Sunto, inquam istae studiorum meorum primitiae *TVA* cura collectae, quasue submissè *TIBI* dedicatas velim, pietatis interpres, monumentum

amoris TVI in me, cuius, dum memor ipse mei, dum
spiritus hos reget artus, nunquam meminisse pigebit!
Accipe itaque quae TIBI debentur. Vtinam vero
eiusmodi essent, vt TIBI Praeceptor Optime possent
probari! Nullus tamen dubito, fore, vt, quod TVAE
humanitatis est, qualemque etiam sit, non eruditio-
nis specimen munerisque pretium, sed exhibentis po-
tius species animum. Nec despero, a TE, si quid pro-
Iurium leuitate a me erratum sit, amice correctum
iri. Praeterea quoque, quod propositi mei ratio po-
stulat, TIBI honores, quos dudum in Vtriusque Iuris
purioris ac masculi promeruisti peritia, hodie ex Voto
collatos gratulor. Faxit summum Numen, vt vbe-
rioris adbuc laboris colligas fructus, doctrinaque
TVA elegantiori admodum digna feras praemia.
Conseruet TE Deus Ter Optimus Maximus diutissi-
me Saluum atque incolumem, Familiae ornamentum,
Reipublicae literariae et imprimis elegantioris Iuris
scientiae custodem ac defensorem, mihi autem Patro-
num studiorumque meorum Rectorem. Quod ita eue-
nire volo, vti ego me TVI amantissimum, TVAE
benevolentiae Patrocinioque etiam in posterum com-
mendatissimum summo opere cupio. Vale, dabam Lipsiae
die XXV Maii Anno M D C C L I I.

DE





DE
VERA NOTIONE
IVRIS NATVRALIS.



iberos quidem summus orbis conditor produxit homines, sed non ea *liberitate* ornatos, quae nulla lege nulloque Iure quasi circumscripta erat.

Naturae humanae sive rationi potius, simul cum libertate iura quaedam indidit, leges quasdam promulgavit, totamque humanae essentiae felicitatem ad eas emensus est. Nunquam vero contraria est libertas legi, nec tollit lex libertatem, vtraeque enim fortissimo magis iunctae sunt vinculo, ut neque *libertas* illa humana sine *lege*, nec *lex* sine *libertate* concipi queat. Non hominem haberes, si legem tolleres; effrena enim libido, quae omni momento saluti propriae et conseruationis studio infidias struere solet, humanum illud tolleret, et homines, bestias vel similes faltem redderet. Tolle libertatem, nec tunc homines habeas, dic potius machinas qui ex prima sui motus causa agunt, nec transgrediuntur actionum normam cogente illa necessitate libertati opposita.

Improbè ergo quodammodo mihi versati fuisse videntur Stoici in definiendo *Iure Naturali* a quibus petiat Imperat.

a 3

IV-
STINIA-

VI

STINIANVS §. I. I. de Iur. Nat. Gent. et Civili. Dicebant hi sapientes. Ius Naturale esse, quod natura omnia animalia docuit. Dic breuius: πρώτα τῆς Φύσεως seu prima Naturae. Inuolunt haec Naturae prima nihil aliud, quam ad quae naturae quodam impetu, cui bruta nunquam, rarius vero homines et nec tunc, nisi adhibito rationis auxilio resistere possunt, impellimur. Refer huc extinctionem libidinis et exinde ortam sobolis procreacionem. Nulla nos cogit lex, inuitat vero natura, imo trahit magis non nunquam inuitos ad praestandum ipsi obsequium. Haec vero omnia nulla praecepit lex, sed legi substituit, potius sapien-tissimus Naturae conditor impetum illum Naturae insitum. At mouit Stoicos sine dubio, quod quam plurima a brutis quasi ex lege agantur aut agi videantur, quae homines secundum summi legislatoris per rationem promulgatam normam recte et iuste peragunt. Sic vim illatam propellere student armis iis, quae ipsis parauit natura ut hostem seu laudentem insequantur. Analogum ergo rationis inueniebant in brutis, quam nescio, quo iudicio, quasi vulgi opinionem improbavit PETR. DE LUDWIG Ind. Hall. Vol. III. p. 355. Instinctus ille Naturalis, brutorum, ratio, hominum actiones dirigit. Hinc hominibus tantum Ius datum est, et per rationem reuelatum.

Sed illa ipsa humana ratio adeo limitibus circumscripta, ut licet plurimi in iusti regulam inquirant, paucissimi vero eandem meditando attingant. Frustra tamen rationem accusabis, accuses potius negligentiam et incuriam eorum, qui in legibus naturalibus cognoscendis operam collocarunt, et omnia sine discrimine confuderunt, quae curiosius separanda erant. Adeo benigna est humana ratio, imo adeo prouida a legislatore sapien-tissimo

tissimo procreata, vt consulentibus sponte, quid iustum sit, in
quacunque re, commode respondeat, dummodo vero a primo
principio iusti non aberrent.

Sed haec, vt dixi, negligentia impedit, quo minus recte co-
gnoscant iusti normam. Confundunt enim toties causam existen-
tiae Iuris Naturalis, cum ipsa prima lege quae alias omnes leges
iusti ex se producit. Patet id in iis, qui *voluntatem Dei* primam
Iuris Naturalis, legem scribunt. Sed hi homines non cogitant,
voluntatem hanc ex principio quodam cognosci debere, et de
hoc placito quaerimus, quod quidam in *socialitate*, quidam in
perfectione sui ipsius, quidam in *cultura pacis externae* sibi inue-
nisse putant. Satis tamen decreueris, si *iustitiam externam*,
quae obiectum est Iuris Naturalis, et sic officia tantum perfecta
producit, a *Iustitia interna* seu tranquillitate animi separates. Ju-
stum enim ne concipi quidem potest, quin satisfasias officiis per-
fectoribus, ad quae obseruanda vi armorum cogi poteris. Lae-
des iustitiam, si haec negligas officia, non aequa, si ea intermit-
tis, ad quae imperfecte obligatus es. In hoc enim, vt coactio
nulla detur, consistit id, quod in officiis imperfectum dicitur.
Tot ergo *socialitas*, tot sui ipsius *perfectio*, si primum Iuris Na-
turalis fundamentum habeatur, Iuri Naturali addit imperfecta
officia, quod omnino improbandum, si confusio euitanda vide-
tur scientiarum. Breui ! *socialitas et sui perfectio*, adde et *conseruationem*, nunquam Iuris Naturalis erunt adaequata principia;
confundunt enim et morum doctrinam et politices regulas cum
legibus iusti.

Restat ergo vnica *pax externa*, cuius studium et curam per
officia perfecta aeternum hoc ius promouet. Opponas vero,
frustra

V III

frustra nos prouocare ad Ius Naturale, cum non amplius ex libertate viuamus, quippe, quae pactis illis, quibus ciuitas nititur, imm inuta et quasi fracta videtur. Sed me non mouet haec obiectio. Leges enim ciuiles ex naturalibus illis principiis collectae iam huius Iuris vberiorem usum praefant. Sic enim testatur Imperat. **IUSTINIANVS** in §. 2. *I. de Iur. Nat. Gent. et Ciuali.*

Sed licet libertatis quaedam restrictio facta sit, illa tamen restrictio non imminuit nec plane sustulit iustum illud natura tale. Factum quidem interdum, ut ius hoc, quod natura docuit, non nunquam effectu suo destituatur in ciuitate, cum leges ciuitatis Naturae legibus denegant petendi media, vel potius suspendunt, ut effectu careant: quod fit in Velleiano SCto, vbi mulieri contra leges Naturales indebiti condicō conceditur, si ex fideiūfione soluisset. Sed ita exigere videbatur utilitas reipublicae propter sexus imbecillitatem. Raro tamen id Naturae Ius paullum est. Sic licet SCtum Macedonianum filiofamilias aes alienum contrahere prohibeat, non tamen ob Naturalem illam obligacionem indebiti conditionem concedit, si forte soluisset, quod debuerat. Male ergo versamur in interpretandis legibus ciuitatis, peius in condendis, nisi simul priori ratione perfectam Naturalium legum cognitionem habeamus, posteriori vero ratione, nisi feliciter et Naturale iustum, cum politiae utili coniungere queamus.

Accedit maior Iuris Naturalis necessitas, quae in cognoscendis Gentium Obligationibus perfectis causam habet, dummodo Iuris Gentium notio quaedam accurata constituantur. Ius vero Gentium nullum aliud est, quam illud, quod per rationem humanam DEVS nobis aperuit. Confundit Ius Naturale et Gentium Imperator **IUSTINIANVS** §. 1. *I. de Iur. Nat. Gent. et Ciuali.*

civili. Ait ibi: *Ius autem Gentium omni humano generi commune est.* Addit vero falsam rationem. *Nam usu exigente et humanis necessitatibus gentes humaniores Iura quaedam sibi constituerunt.* Siue hic intelligas Ius Naturale, siue Ius Gentium, perinde est; neutrum enim Ius gentes humanae sibi constituerunt, vtrumque potius Summum Numen promulgauit. Peius vero est exemplum, quod addit: Pergit: *Et ex hoc iure Gentium omnes pene contractus introduci sunt, ut entio, venditio, locatio, conditio, societas, depositum, mutuum et alii innumerabiles.* Cate credas hic Imperatori. Ex Iure enim, quod Gentes humanae sibi constituerunt, nunquam contractus habent originem, quam potius debent iuri illi, quod DEV M veneratur autorem. Neque vero contractus ab humanioribus gentibus inuenti, hos docuit potius natura ipsa homines, imo barbaros et ab omni cultu remotos; cordibus enim inscriptum est illud Ius et sola ratione, quae hominis essentiam constituit promulgatum.

Eduxit vero haec confusio distinctionem Iuris Gentium in *primitivum et secundarium.* Primitivum ex communis sententia a naturali diuersum non est. Secundarium vero id dicunt, quod plerumque Ius Gentium strictiori sensu appellant. Huius ergo eruenda notio. Haud raro fit, ut mores Gentium et quidquid eos usus docuit, hoc nomine comprehendant. Videamus ergo an recte? Defendit hanc Iuris Gentium ideam PETRVS DE LUDWIG Ind. Hall. Vol. III. p. 377. An forsitan Ius Consuetudinarium subintelligamus? Si vera est illa ratio, quod tacito maiestatis consensu consuetudinarium Ius nitatur, vix Gentium mores consuetudinario Iuri annumerari poterunt. Vbi enim deprehenditur maiestas illa inter Gentes, inter quas toties nul-

X

lum intercedit vinculum. Comparas forte hic gentes cum Democratis. In ea simul sumta ciuitatis membra maiestate gaudent, quod pacto vno facta ac inita. Communis ergo consensus maiestatem in omnes contulit: Sed ubi vno inter gentes? ubi maiestas? singulae quidem liberae gentes suam sibi habent maiestatem. Sed si omnes gentes consideres simul sumtas, nullam ipsi habent maiestatem, nisi eam, quae est in summo vniuersi moderator. Vnde ergo habeamus consensum tacitum maiestatis, ut consuetudinarium ius Gentium eruamus? Sed singamus, singulas gentes et sic singulas maiestates simul consensum dedisse in consuetudine quadam introducenda, quod tamen nunquam probari poterit, notum tamen est, gentes neutquam perfecto iure obligari ad seruandas consuetudines. Ex hoc iure Gentium improppio videlicet unus populus alterius agnoscit nobiles. An iure perfecto, ita, ut iniuste agant, qui non agnoscant, vel ut vi armorum cogi possint, ut agnoscant? Hoc nemo sanus unquam adseruit; et qualis haec esset iustitia? quale demum ius?

Recte ergo mihi videor dixisse ius Gentium improppium. Omnia itaque, quae ex moribus gentium proueniunt nec continent ius scriptum nec consuetudinarium, sed eo usque valent, donec cuilibet genti ex arbitrio suo aliud quid placeat. Male ergo hac in parte philosophatur G R O T I V S de Iur. Bell. et Pac. lib. I. Cap. I. §. 14. qui adeo statuit, *saepe in una parte orbis terrarum esse ius Gentium, quod alibi non est.* Quale sit ergo hoc ius? imperfectissimum videlicet, quod nec ipsas gentes obligat, cuique se quaelibet gens libere subtrahit pro arbitrio. Profecto me iudice haec nulla Iuris Gentium idea. Peruidit haec N I C. H I E R. G V N D L I N G Iur. Nat. C. I. §. 63. *Ius, inquit, imperfectum*

fectum repugnat. Sed autores iam habuit G V N D L I N G Hobbesium et Pufendorfium quos sequitur. Miratur quidem celeberrimus AVG. FRID. M V L L E R V S in *Iur. Nat. Cap. XXI.* qua ratione ex suo principio Hobbesius hanc ideam Iuris Gentium eduxerit, quippe qui *statum belli* primum omnis prudentiae et naturalis iustitiae habet principium. Sed forsan non est, vt miremur, si modo Hobbesii bellum omnium contra omnes rite interpretetur. Gerimus enim bellum ad impetrandam pacem, pax vero externa, cum colenda sit, vnicum, vt monui, I. N. principium. Sed haec non vrgeo, nec vrgeo K V L P I S I I ad *Grot. Ex. I. §. 9.* sententiam, qui et ex parte Grotium defendit, et suam praeterea adducit opinionem, sed dixit satis in hanc rem Celeberr. M V L L E R V S cit. loc. Quod si ergo eiusmodi Ius Gentium voluntarium vel tacito pacto quasi conditum et approbatum non procedit, quaeritur: quae vero demum Iuris Gentium sit idea? Mea quidem sententia optime eandem exhibit praeter caeteros G V N D L I N G cit. loc. §. 70. Non aliud, inquit, est Ius Gentium, quam lex naturae integris Gentibus applicata. Cum enim si gentes lege teneantur inter se, ne se inuicem turbent, Iuraque cuiusque gentis perfecta laedant, necesse est ea lege, quae ab eo lata, qui obligandi gentes Ius habuit. At in quo hoc ius deprehendes quam in summo Numine cuius promulgationem nullo alio modo ne fingere quidem poteris, nisi per hominum sive gentium rationes. Quare si per hominum rationem promulgata esse debet Gentium lex, nulla alia erit, quam ea, quae naturae lex dicitur. Sic quidquid inter singulos homines iustum est, quidni et illud iustum sit inter gentes. Probat haec omnia G V N D L I N G hisce verbis: *Gentes inter se sunt pares,*

XII

*pares, nec superiorem et ex consequenti legislatore communem, prae*ter DEVM agnoscunt.* Sic viget inter gentes Ius necessarium, sic aeterna obligantur lege, quae sic aeterna dicenda cum solum in legislatore adhuc quieuerit, sed, quae tunc esse coepit cum gentes ortae. Sicut enim Ius Naturae cum homine ortum est, et natum quasi videtur, sic et gentium Ius cum ipsis gentibus ortum coepit. Ius itaque Naturae vniqa norma est, secundum quam et gentes viuere tenentur. Conflituant enim gentes quasi vnum corpus sc. mysticum. Ex hoc itaque Naturali lure iudicabis laesiones gentium, bella, pacta, foedera et centum alia. Quae cum ita sint, cum solum carent gentes iustitiam siveque perfecta tantum spectent officia, sedulo separanda veniunt ea, quae ad honestum et decorum spectant, ab eo quod iustum est.*

Sint ergo haec, quae meditatus sum de Iuris Gentium vera idea illiusque natura et indole. Cumque hae primae adhuc sunt cogitationes, neque tantum versatus in tam subtili arte, qualis naturalis prudentia, B. L. ea, quae forsan a me recte scripta non sunt, benignissime excusabit, sola enim pietas calamus duxit, haec sola scribendi has plagulas causa.



Kt 405-

ULB Halle
005 712 408

3



15645.

IVRIS

IONEM

CONSV

SSIMO

CHRIS

JRICO
G

B E

IVRE
S

SVMMIS

I ZIGER

H C

IOANNES

EX O

N A.

